

94

fiere. Scio non modicos pecuniosos in mortis articulo accepta
penitentia conualuisse corpore et peiorasse vitam. Hoc teneo hoc
verum puto hoc in multiplici experientia didici. quod ei non est bonus
finis cui mala sunt semper vita. Qui peccare non timuit. sed mundi
vanitatibus semper vixit. Hec omnia hieronimus. Pro his omni-
bus dilectissime mihi si recte sapias. si tecum lumen oculorum est. con-
temne et relinque hec omnia. sed caducas mundi diuitias et falsam
eius gloriam propter eum qui est super omnia. Quid enim prodest
homini si uniuersum mundum lucretur. anime vero sue detrimen-
tum patiat. Scitote omnem honorem huius seculi impedinen-
tum esse graue et quoddam peremptorium salutis eterne. Quem
enim legimus a secularibus diuitiis ad eternas delicias demigras-
se. Quis fallax et vana est gloria quam homines ab inuicem petunt
et accipiunt. et gloriam que a solo deo est non querunt. Homo si alius
vult preferri. nonne collega illius est qui dixit. Ponam sedem meam
ad aquilonem. et similis ero altissimo. Sed cuius ascendit cathedram
eiusdem timeat precipitium et ruinam. Augustinus. Quis felix quis
beatus est. qui solo eternitatis desiderio inardescit. quia nec pro-
prietate attollitur. nec aduersitate quassatur. et dum nihil habet in mun-
do quod diligat. nihil est in mundo quod pertimescat. Gloria hu-
ius mundi nihil aliud est. quam quedam vana aurium inflatio. Ser-
go quantum executus es si huius mundi gloriam queris. Nam ut an-
selmus ait. Non potes esse in honore sine labore. in platione sine
tribulatione. in sublimitate sine vanitate. Unde charissime si pru-
denter periculum tuum quod de temporali mundi honore incurris
aduerteres. proculdubio animum tuum a seculi vanitatibus cohibe-
res.

¶ De morte semper et ubique timenda et expectanda. vii. ca.

Emor esto quoniam mors non tardat. scribitur Ecce-
lesiast. vii. Quam multa bona conferat homini mortis me-
moria. in multis sacre scripture locis declaratur. Unde
ecclesiast. vii. dicunt. Memorare nouissima tua. et eternum non pecca-
m h